



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci De Oviedo Madritani, Societatis Iesv,
Theologiæ Professoris, Cursus Philosophicus**

**Oviedo, Francisco de
Lvgdvni, M.DC.LI.**

Punct. I. Quid sit Causa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95503](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95503)

violentiam inferre creaturæ. Omnis creatura habet propensionem, ut obediat Deo: ergo quilibet effectus à Deo in creatura productus, est iuxta illius propensionem: ergo nullus potest illi esse violentus. Respondeo creaturam habere potentiam obedientialem, in his, quæ sunt contra illius naturam, quæ potentia obedientialis componitur cum violentia respectu effectus, quia creatura obedit Deo in his, cuius oppositum ipsa ex se intendebat, contra suam propensionem, & inclinationem, ac proinde cum violentia. Ad argumentum in forma negandum est antecedens, aliud enim est capacitas & potentia obedientialis ad obediendum Deo, aliud propensio. Obedientialis potentia seu capacitas datur in creatura respectu effectuum qui sunt contra illius propensionem, propensio verò dari nequit ad actus oppositos, illis in quos creatura ex se propendet.

8 Obiicies secundò: Siue Deus impediatur effectum mediâ formâ positivâ, siue per subtractionem concursus eundem impedit effectum, & eodem effectum manet priuata potentia: ergo eandem infer violentiam. Respondeo Deum in utroque casu eundem impedire effectum, sed diuerso modo, quia quando illum impedit per negationem concursus, impedit effectum in quem proximè causa non propendet, ac proinde illum non impedit contra propensionem causæ; quando verò illum impedit per introductionem formæ impossibilis, impedit effectum contra propensionem causæ, quam proximè habet in talem effectum, ac proinde in primo casu illum non impedit cum violentia, cum quia illum impedit in secundo. Est enim violentiam inferre impedire effectum in quem causa proximè propendet, quod Deus facit in secundo casu, in quo permanente propensione ex parte actus primi impedit actum secundum non in primo, in quo ex se concursus denegat, in quo casu propensionem remouet remouendo potentiam sine cuius applicatione non est virtus ad æquata ad effectum, neque propensio per modum actus primi.

9 Obiicies tertio: Quæ, dum habet calorem conferuatum à fortiori agentis, non debetur productio frigiditatis: ergo non illi infer violentia in negatione productionis. Distinguo antecedens; non debetur productio frigiditatis ex eo quod illam non exigit, nego: non debetur, ex eo quod contrarium agens conferuans calorem, vel ipse calor fortius exigit conseruationem caloris, & consequenter negatione productionis frigiditatis, quam exigit aqua productionem eiusdem frigiditatis, concedo: deinde nego consequentiam. Ratio est, quia adhuc præsentem contrario aqua exigit frigiditatem producere, cuius exigentia si effectum non habet, quia contrarium oppositum exigit, violentiam patitur ortam ab exigentia contrarij, ratione cuius non debet cum illa concurrere Deus, qui tantum debet ex vi causæ primæ concurrere cum illo agente, quod fortius in suum effectum propendet, etiam si alterum violentiam patitur à contrario fortiori, quod impedit effectum, in quem propendebat agens, quod violentia patitur.

10 Obiicies quintò ex D. Paulo ad Romanos: Deo operanti nihil resistere: sed ubi non est resistentia, non est violentia: ergo operante Deo nulla creatura violentiam patitur. Respondeo cum P. Vasquez, Deo operanti nihil resistere cum victoria, ita ut illius actionem impediatur, quod tantum vult Paulus, sæpè tamen creaturam resistere, sed frustra, quæ resistentia respectu omnipotentis vix talis dici potest, sufficiens tamen est, ut ratione illius creatura violentiam patiatur.

11 Obiicies sextò contra sextam conclusionem: Si Deus tantum infer violentiam quando causa secunda habet omnipotentiam applicatam, sequitur creaturam nunquam violentiam pati, etiam quando illius effectus impeditur à causa secunda. Consequens est falsum: ergo antecedens. Sequelam probò: quotiescumque causa secunda non operatur, omnipotentia non est applicata ad operandum: ergo non patitur violentiam causa secunda. Probo antecedens, quotiescumque causa secunda non operatur non habet Deus actum, quo velit omnipotentiam concurrere cum causa secunda: sed omnipotentis applicatio consistit in hoc actu: ergo quotiescumque creatura non operatur, non habet applicatam omnipotentiam. Alio modo idem fit argumentum. Applicatio omnipotentis consistit in actu, quo Deus vult concurrere cum causa secunda, sed quotiescumque vult concurrere cum causa secunda, de facto concurrat: ergo quotiescumque omnipotentia est applicata ad aliquem effectum, de facto existit effectus: ergo

creatura numquam patitur violentiam per negationem effectus, ad cuius productionem habeat omnipotentiam applicatam, quia talis negatio numquam existit. Plena huius argumenti solutio exigebat doctrinam non paucis explicandam de modo, quo Deus suam omnipotentiam applicet ad concurrendum cum causis secundis. De qua applicatione respectu effectus liberi producendi dicam Controuers. 10. Punct. 4.

Modò ex ibi dicendis Respondeo applicationem ad effectum liberum producendum non consistere in actu, quo Deus velit productionem illius actus independentem à libertate voluntatis, aut necessariò connexo cum productione, sed indifferenti, ita ut illo posito adhuc possit esse, & non esse effectus ad quem Deus ex vi talis actus omnipotentiam applicat. Quod si per decretum simile non absolute efficax, sed dependenter ab existentia, vel non existentia causæ impediens respectu effectus præstandi, Deus applicaret suam omnipotentiam ad effectum necessarium, ita cum tali actu posset componi negatio effectus, & argumenta suprà facta nullam difficultatem haberent. Sed do Deum non habere simile decretum respectu effectus producendi à causa necessaria, sed ita absolute efficax, ut illo posito non possit non esse effectus, & in hoc casu respondeo omnipotentiam esse applicatam virtualiter ad effectum producendum casu, quo illum non producit ratione contrarij exigentis productionem oppositam, præcisè per negationem decreti, quo Deus decernat antecedenter ad exigentiam contrarij denegare concursus, quia eo ipso quo Deus illum tantum neget, ex eo quod contrarium exigit talem negationem, virtualiter Deus est præparatus ad illum præparandum, casu quo contrarium oppositum non exigeret, & hanc applicationem virtuales omnipotentis sufficere, ut causa secunda violentiam patiatur à contrario, quia ex illa sequeretur formalis, si agens contrarium non adesset, ac proinde negatio effectus non oritur ex defectu applicationis omnipotentis, quia hæc præstò adesset, si contrarium agens vel forma impossibilis cum effectum illum non impediret, sed ratione impedimenti, seu contrarij agentis ex cuius præuisione Deus non applicat formaliter omnipotentiam, quam virtualiter applicat eo ipso, quod ex se illam non remoueat independentem ab exigentia contrarij, & formaliter applicaret contrario fortius non exigente negationem effectus, ad quem omnipotentia erat applicanda.



CONTROVERSIA VII.

De causis in communi.



GGREDIMVR tractationem rei, si quæ est in tota Philosophia, scitu dignissimam, vix enim in illa, imò neque in Theologia quationem notabis, in qua tibi non occurrat prioritas causæ, dependentia effectus ab illa, causandi genus.

PUNCTUM PRIMUM.

Quid sit causa?

§. I.

Aliorum sententia.

NVllam causæ definitionem tradidit Aristoteles in hoc lib. neque 5. Metaphysic. cap. 2. ubi ex professo de causis disputauit, ideo omnibus datum est, ex proprio Marte rationem communem causæ definire, quo nihil exitialius, nulla enim lex esse potest, ubi legislatores sunt omnes, neque communem aliquam auscultant latam à Principe, cui auscultent omnes. Conimbr. 2. physic. cap. 7. quest. 1. ha definiunt, *causa est id, à quo aliquid per se dependet.* Quam definitionem mutuati sunt ex P. Fonssec. Metaphysic. 1. cap. 7. quest. 1. P. Pereira lib. 8. Philosophiæ

Philosophia c. 1. causam sic describit: *Causa est, quæ in suo genere per se, & principaliter concurre ad sustentandum effectum.* Parum à Pereira discrepat P. Rubius lib. de causis, n. 15. ita definiens: *Causa est per se influens in effectum.* P. Suarez disp. 12. Metaphysic. sect. 2. causam describit, *Principium per se influens esse in aliud.* Arriaga sic definitionem omnibus faciliorem tradidisse putat: *Causa est quæ per se influat producendo effectum.* Valel. cap. 7. text. 68. hanc definitionem ex Aristotele putat deducere. *Causa est id propter quod est aliud.* Alij acuti recentiores causam definiunt: *Principium cum prioritate naturæ in aliud influens.*

Vna eademque difficultas Doctores omnes in varias traxit sententias, nullamque causæ definitionem non nobis difficilem reddit. Fide sanctum est Patrem æternum esse principium influens in Filium, produciens personalitatem Verbi, ratione cuius Verbum dicitur à Patre productum. Patres omnes Latini hoc nomen causæ in diuinis exolum habent, asseruntque Patrem dicendum non esse causam Filij, licet Græci omnes pleno ore Patrem Filij causam appellant. Nobis cum Patribus Latinis est sentiendum, & loquendum, ex quo tota in hac materia insurgit difficultas, quæ tota est in assignanda aliqua definitione, quæ conueniat omnibus principiis creatis, quæ per se verè influunt in suos effectus, & non conueniat Patri respectu Verbi, neque Patri, & Filio respectu Spiritus sancti, quia neque Pater dicendus est causa respectu Filij, neque Filius dicendus est effectus respectu Patris. Sicuti neque Pater, & Filius dicendi sunt causa, sed principium Spiritus sancti, neque Spiritus sanctus effectus respectu sui principij. Præter hanc difficultatem nulla potest contra has definitiones adduci, quæ ponderis aliquid contineat: percurro singulas.

Conimbricenses à sua definitione excludunt conditiones, & dispositiones sine quibus non potest esse effectus per illam particulam *per se*, quia effectus non dependet per se à conditionibus. Per illam particulam *dependet*, excludunt secundam, & tertiam personam Trinitatis, quæ non dependent, sed procedunt, Filius enim non potest dici dependens à Patre. Ab hoc ultimo incipio quod maioris est momenti: cur Filius, qui sine Patre esse non potest, & ita ab illo producitur, ut non possit non existeret ab illo productus, & qui per locum intrinsecum repugnaret, si Pater repugnaret, dicendus non est, dependens à Patre? Cur non diceretur dependere ab alio, illud, quod sine illo esse non potest, & à quo procedit tanquam à principio per se influente? Dices dependentiam dicere distinctionem naturæ in termino dependenti, quam non habet Filius respectu Patris, & ob hanc rationem non potest dici Filius respectu Patris, & ob hanc rationem non potest dici Filius ab illo independens. Non nego, sed rogo ex quo capite probas dependentiam dicere naturam distinctam in termino dependenti, ab illo, à quo dependet? id tibi supponis non dato fundamento, ut tuam definitionem integram serues. Sed esto: ignotior nobis est natura dependentiæ naturæ causæ, vel saltem æquè ignota, unde non rectè per dependentiam causam explicas, qui posses per distinctionem naturæ inter causam, & effectum, per quam explicas dependentiam, naturam causæ breuius & clariùs nobis patefacere. Neque omnino conditiones censo excludi per illam particulam *per se*, quæ tantum opponitur cum illo, quod se habet per accidens respectu effectus, conditiones autem non sunt per accidens, sed per se requiritur ad effectum. Secundò illud *per se*, non ponitur in definitione ex parte principij, sed ex parte termini, qui à principio procedit, quo posito sic argumentor. Modus vnionis per suamet entitatem est affixus extremis, quorum est vnio, & illi repugnat ex intrinsecis prædicatis existeret sine extremis: ergo per se dependet ab illis: ergo hæc definitio conuenit extremis respectu modi, quo vniuntur, ex eo præcisè, quod sint illius extrema, ex quo capite non sunt illius causa; sunt enim plura extrema vnita, quæ nullam causalitatem propriam exercent circa vnionem, quæ annexantur.

Patres Pereirus, & Rubius rectè principia omnia, quæ causalitatem propriam non exercent, conditiones, & dispositiones excludunt à suis definitionibus per illas particulas *per se influens*, quia priuatio, quæ principium generationis dicitur per accidens se habet ad generationem, vel saltem ad actionem productiuiam termini, vel ad terminum productum, reliquæ conditiones non influunt, sed

requiruntur, ut influat principium, quod dicitur causa, potius videtur redundare in vtraque definitione illa particula *per se*, quia omne quod influat, per se influat, & illa, quæ per accidens se habet nullo modo dicuntur influere. In definitione Pereiræ plura videntur redundare: particula illa *in suo genere*, necessaria non erat, quidquid enim influat, influat in suo genere: demerem ego etiam illam particulam *per se*, quidquid enim per se influat, & quidquid influat habet totam rationem principij principalis ad rationem causæ requisitam: particula illa *ad sustentandum*, mihi sonat genus causæ materialis, cuius proprium est, non efficientis effectum sustentare. Hæc definitio Rubij emendat: videamus quomodo scopum vincant, ad quem reliquæ alidantur definitiones. Excludunt Patrem à ratione causæ respectu Filij, & Patrem, & Filium respectu Spiritus sancti, per illam particulam *effectum*, quia neque Filius, neque Spiritus sanctus dicuntur effectus respectu processionum quas terminant, & ex vi quarum producuntur. Non inficior Verbum, & Spiritum sanctum, non posse dici effectus, quia effectus dicitur quid creatum, seu factum, quod de Verbo, & Spiritu sancto dici non potest, teste Athanasio. Cæterum horum definitionum auctores, se in typo collocant, nobisque naturam causæ æquè ignotam reliquerunt, cum enim effectus, & causa relatiue dicantur, æquè difficile est naturam effectus inquirere, & essentiam causæ persequari; itaque etsi firmum Catholicumque sit Verbum non esse effectum, æquè nos latet ratio propter quam Verbum non sit effectus Patris, & propter quam Pater non sit causa Verbi, & æquè explicari difficile est, quid dicat conceptus effectus, qui non conuenit Verbo supra conceptum procedentis à principio, qui rectè de Verbo dicitur. Et quid dicat conceptus causæ, qui primæ personæ respectu secundæ non conuenit supra conceptum principij influentis, qui dicitur de prima persona respectu secundæ.

Definitio Patris Suarij excludit primam Trinitatis personam à ratione causæ respectu secundæ per illam particulam *in aliud*: Filius enim non potest dici aliud à Patre, quia verbum *aliud*, significat non quamcumque distinctionem, sed specialiter distinctionem naturæ. Mitto Verbum esse aliud suppositum à Patre, & argumentor sic: illud *aliud* in quod debet influere principium, ut dicat causa, vel dicat naturam aliam, quam nos naturam vocamus, ut distinctam à personalitate, vel dicat aliam essentiam, quatenus essentia dicitur conceptum quidditatum rei, qui conuenit naturæ, personalitati, & cuiuscumque accidenti. Si dicat aliam naturam, ut distinctam à personalitate, sequitur naturam creatam influentem actiue, & passiue in propriam substantiam, adhuc non esse futuram causam subsistentiæ, quia non influat in aliud, ac proinde meam subsistentiam de facto non habere causam materialem, quia hæc non poterat esse alia præter meam naturam, hæc autem, etsi de facto sit principium passiuum, illius causa dici non poterit, quia dum influat in subsistentiam, non influat in aliud, hoc est, in aliam naturam. Si illud aliud dicat alium quidditatum conceptum, subsistentia Filij producta distinguitur à persona producente, & habet proprium conceptum quidditatum, & hac ratione respectu illius, principium à quo procedit propriè causa dici posset. Eodem omnino modo reicienda est definitio ab Arriaga adducta, quæ in nihilo differt à definitione P. Suarij.

Vallesij definitio leuiori operâ detruditur. Verbum enim *propter*, si strictè sumatur tantum causam finalem propter quam reliqua fiunt, significat: si ab illius strictæ significatione discedamus, latissime patet illius significatio, non enim solum effectus propter causas existeret dicere solemus, sed etiam causas propter effectus, & communi proloquio inter Philosophos dicitur: *esse est propter operari.* Neque inuenietur ratio aliqua propter quam potius posset dici lux propter solem, quam Verbum propter Patrem.

Abstrusioribus fundamentis ex Theologia petitis, & in Philosophia non alienis à communi sententia suam definitionem architectantur recentiores: supponunt ex Theologia principium productiuum in Patre non distingui formaliter ab ipsa productione actiua, & ab ipso actuali influxu, & primam personam Trinitatis constitui formaliter, ut actiuam per generationem, ita ut non sit prius in aliquo signo rationis, Patrem esse potentem generare Filium, & esse actum generantem. Neque in Patre, & Filio prius esse

esse principium spiratum, quam spirationem ipsam, sed principium constituit per ipsam actiuam spirationem. Sumunt secundum ex Philosopho aliud principium, videlicet de ratione causa esse prioritatem naturae respectu effectus. Ex quibus inferunt Patrem non esse causam respectu Filij, neque principium spiratum respectu Spiritus sancti, quod sic probant. Pater non potest concipi, ut principium Filij, quin concipiatur actu generans, sed ut actu generans non potest esse prior natura filio: ergo ut principium non est prius natura: ergo non est causa, quia de ratione causa est prioritas naturae respectu effectus. Patrem, ut generantem non esse priorem naturam, probant ratione, quia probabo influxum, & actionem non esse priorem naturam respectu effectus creati, quia videlicet non potest esse, neque concipi sine effectu: illa autem quae natura sunt priora, possunt esse sine illo, quod posterius est, ut latius Puncto sequenti. Ex quo inferitur Patrem ut generantem non esse priorem naturam Filio, quia ut generans includit actualem generationem, quae non potest esse neque concipi sine termino genito, & consequenter neque ut principium habet hanc prioritatem, quia prima persona, ut prima persona, & ut principium Filij, & ut generans Filium formaliter dicit eundem indiuisibilem conceptum, quod si Pater non est principium prius natura Filio; neque causa illius propter rationem iam dictam, quam Philosophi omnes admittunt asserentes, causam essentialiter dicere prioritatem naturae respectu effectus.

Hac sententia acutè satis ad speciem rem componit, sed praeterquam quod iuxta principia metaphysica difficultatibus non careat, quod mihi maioris est momenti, longe abest à mente Patrum, & à ratione, propter quam primae personae Trinitatis rationem causae respectu secundae negant. Id primò displicet in hac sententia, quod rem certam inter omnes Patres Latinos, & inconcussam inter Theologos dependentem facit à quadam opinione dubia satis, quam plerimi Theologi impugnant, praecipue Pater Valquez, qui primam personam, & principium generandi per aliquid praedicamentalius absolutum, & tantum transcendentaliter relatum constituit, iuxta quam sententiam ruit tota doctrina, & fundamentum, quo denegant hi recentiores primae personae veram rationem causae. Audio illos respondentes se iuxta propria principia, & sententiam, quam defendendam suscipiunt, rectam definitionem causae tradidisse, neque illorum esse iuxta sententias quas impugnant definitiones componere. Solutionem admitterem, si in rebus aequa probabilitatis lance libratis hac propriae doctrinae consequentia se tuerentur hi recentiores, in praesentiarum verò, inter omnes Latinos sanctum est nomine causae in diuinis vtendum non esse; illam verò recentiorum opinionem, licet aliqui Theologi defendant, nullus illam tuetur, tanquam quid necessarium ad retinendas Patrum loquutiones, neque illi adhaerit, ne adhuc verbis à Patribus discederet, ideoque non rectè hac doctrinae consequentia se protegent hi recentiores, illa enim, quae ab omnibus sunt degustanda, ad proprium conditi palatum par non est. Interrogo hos recentiores an aliquando nostrum Vasquium constituentem primam personam Trinitatis per aliquid absolutum, aliquando impugnaverint, quia ex opinione illius inferatur Patrem esse causam Filij, vel apud quem Patrum legerint, principium generandi constituendum esse paternitatem, ne dicatur causa Verbi geniti. Nullus de hac constitutione metaphysica meminit, neque dissentio inter Gracos, qui Patrem Filij causam vocabant, & Latinos, qui non causam, sed principium Filij Patrem appellant, ex hac diuersitate constituendi metaphysicè primam Trinitatis personam trahebat originem, neque Latini Patres recusabant Patrem causam Filij vocare propter metaphysicam constitutionem sic vel aliter defendendam, de qua nihil curabant. Alia ergo Patrum mens, quam sciri plurimum oportebit, ut sciamus quid nomine causae intellexerint Patres, Doctoresque Latini, & ex quo capite principium in diuinis nomine causae appellari recusauerint.

§. II.

Propter quam rationem Latini Patres nomen causa in diuinis non admittant.

Sensere Latini Patres conuenientius esse ut nomine principij quam causae in diuinis, ne nomen causae ra-

tionem effectus, & creaturae, distinctam inaequalem, & finitam naturam in productis denotaret, neque alia de causa volunt Patrem non dici causam Filij, nisi ne Filium Patri inaequalem naturam ab illo diuersum, creatum, & finitum compellere viderentur. Sic manifestè ostendunt plura Patrum testimonia, nonnulla in medium adducam, quibus haec veritas comprobetur. D. Anselmus episcopus de processione Spiritus sancti contra Gracos, paulò post medium, has rationes adducit dubitandi, ut definiat, an Pater dicendus esset principium vel causa Verbi: si tamen dicitur, Deus principium aut causam habere. Principium autem videtur non nisi rei recipientis esse, & causa non nisi effectus alicuius, & Spiritus sanctus numquam incipit esse, neque est effectus alicuius. En ubi nullam rationem adducit, ne dicatur Spiritus sanctus causam habere, nisi quia nullus est effectus, unde cum postea cum omnibus Latinis nomen causa non admittit, non alia ratione mouetur, nisi ne dicat Verbum, aut Spiritum sanctum effectum esse.

Egregium est aliud testimonium ex D. Dionysio lib. de diuinis Nominibus, cap. 2. Neque enim (ait Dionysius) inter effectus & causas perfecta similitudo, sed effecta quidem causarum, quas possunt praesentare imagines: cause autem secreta sunt ab effectibus, suntque principij sui ratione superiores. Pulchrè Dionysius rationes omnes recenset, quas supra adduxi. Neque enim, ait, inter effectus & causas perfecta similitudo, quasi diceret, in personis diuinis nulla potest aliis esse causa, quia personae omnes perfectam habent similitudinem, quae non intercedit inter causas & effecta, est vna aliis esset causa, illa perfectior esset. Effecta quidem causarum praesentant imagines, &c. idem est, ac dicere effecta quas possunt per productionem & dependentiam trahunt perfectiones ex his, quae reuolunt in causis, quae sunt secreta, hoc est, distinctae naturae ab effectibus, respectu quorum superiores sunt. Quibus expressè testatur Dionysius Verbum, aut Spiritum sanctum, non habere causam, quia utrumque eiuudem est perfectionis cum principio, à quo procedunt, & non distinguitur à natura principij, neque aliud principium habet maioris perfectionis, neque trahit perfectiones aliquas à natura principij aliis non participatis; quicquid enim est in natura principij generantis & spirantis est in natura geniti & spirati, utpote non simili, sed omnino eadem.

Accedit Bessarion Patriarcha Constantinopolitanus in oratione pro vnione, quae habetur in fine Concilij Florentini capite ultimo, post medium, ubi haec habet: Notandum, quod sancti Doctores Orientales etiam in diuinis videntur nomine cause, & causati largo modo, non quidem ut limitationem, & dependentiam importat, sed propter productionem, & emanationem à principio eius, quod est à principio significat: ideo me etiam ad Gracos loquentem his nominibus usum fuisse. Disputauerat Patriarcha cum Gracis de processione Spiritus sancti, utebantur Graci hoc nomine causa etiam in diuinis, Bessarion cum Latinis utebatur nomine principium, & nomen causa non admittebat in diuinis, verumtamen, quia de hac re non erat concertatio, & vocibus tantum in illa dissidebant, Bessarion nomine causa vsus est inter disputandum cum Gracis, ne vocum diuersitate turbaretur disputatio, & impedita vocibus diuersis ad rem non perueniret. Postea verò disputatione finita rationem reddit Bessarion, cur cum Gracis fuerit loquutus, & ait: vsus sum nomine causa more Graco, quia Graci Patres cum quibus sum loquutus largo modo sumunt hoc nomen causa, non quatenus significat dependentiam, & limitationem causati, quam dependentiam & limitationem nefas esset admittere, & quam intendunt Patres Latini negare, dum dicunt Patrem non esse causam Verbi, & quia ipsi limitationem, & hanc dependentiam non intendebant admitti in diuinis, non reculaui loqui tum illis, quia non ex alio capite nomen cause in diuinis inuisum esse potest, nisi quia limitationem, & dependentiam significat: expende illa verba: Non quidem ut limitationem & dependentiam importat, &c. ideo me etiam ad Gracos, quorum genuinum sensum esse à me traditum manifestè comperies.

Ex his inferes Latinos hoc nomen causa exterminasse à diuinis, ne limitationem, hoc est, naturam limitatam, & finitam in personis significare viderentur. Hanc illationem finitae, & limitatae virtutis in persona producta ex causa, à qua producitur, quam Latini faciebant cuius antecedens negabant, ne consequens admitterent, fundatam inuenio in alio principio vulgari satis in Philosophia, quod tetigit D. Dionysius testimonio citato in illis verbis,

Esse

Effecta quidem causarum, quas possunt præferunt imagines. Illud est, nullum effectum perfectiorem sua causa. quia causa nihil potest producere perfectius se ipsa, neque eminenter continet maiorem perfectionem suâ formali perfectione, ex quo principio metimur perfectionem cuiusque effectus per causæ perfectionem tanquam mensuram, quam non potest excedere, omnique causa taxat, & limitat perfectionem effectus, & quotiescumque effectus procedit à causa creata, etiam si hæc produxerit effectum, quem potest, dicimus effectum productum non excessisse tantam perfectionem, quia causa à qua procedebat, non poterat aliam maiorem attingere; si verò effectus à Deo immediatè fuit productus dicimus, Deum produxisse effectum cum tanta perfectione, quia ita illi placuit effectum producere, potenti alias perfectiorem alium producere, cuius perfectio similiter voluntate diuinâ taxaretur, quæ potuit omnipotentiam ad maiorem aliam producendam applicare. En causa omnes taxant, terminisque præscribunt perfectioni effectus, ita ut si à virtute creata procedat tantam perfectionem non excedat, quia alia maior non est obiectum virtutis, à qua procedit, etsi à Deo immediatè producat, tantam perfectionem habeat, & non aliam maiorem, quia voluntas non applicuit omnipotentiam ad effectum cum maiori perfectione producendum, & omnes ab illa producibiles finiti sint. & limitati, quia nihil non finitum, & limitatum ad extrâ producendum est obiectum virtutis productivæ existentis in Deo. In diuinis aliter se res habent, principium produciens non taxat perfectionem termini producti, cuius perfectio nullam taxam habet, aut mensuram; quod si Filius non possit esse perfectior Patre, ideo est quia eadem est utriusque perfectio, communisque indivisibilis essentia, quæ maior alia repugnat, non præcisè ex defectu virtutis causæ illam potentis producere, sed quia secundum se repugnat maior perfectio, & quia una omnium personarum natura, atque perfectio excedit omnem perfectionem excogitabilem. Hanc summam perfectionem sine aliquo termino, aut limitatione volunt Latini Patres in personis productis defendere, & ne viderentur illam non agnoscere, si nomen *causæ* in diuinis admitterent, quod apud illos limitationem importabat, illo vi noluerunt, Neque in re à Græcis dissentiebant, qui nomen *causæ* sine hac limitatione ad diuinas personas extendebant, ideo Bessarion non recusat vii illo, explicat tamen nomen illud usurpare cum Græcis non quatenus dicit dependentiam & limitationem, quam apud Latinos importabat, in quorum acceptione nefas esset nomen causæ ad diuinam transferri.

13 Eadem est mens Angelici Doctoris opusc. 1. cap. 1. contra errores Græcorum, ubi his verbis probat Patrem non esse dicendum causam Filij: *Nam apud Philosophos prima causa Deus nominatur: omne autem causatum sub vniuersitate creaturarum comprehenditur apud eos, & ideo si Filius causam dicatur habere, posset intelligi quod sub vniuersitate causarum, aut creaturarum comprehenderetur.* En expressè testatur D. Thomas Patrem non esse dicendum causam Filij, ne Filius inter vniuersitatem creaturarum recenseatur, hoc est, ne creatura compelleretur. Et cap. 2. ubi negat Patrem prioritatem causæ respectu Filij hæc habet: *Neque enim prior est Pater tempore: cum Filius sit æternus: neque prior natura cum Patre & Filij sit una natura.* Ecce D. Thomas negat Patrem esse priorem naturâ Filio, quia Pater & Filius eandem habent naturam, idem enim sonabat inter Patres aliquid esse prius naturâ alio, quàm habere naturam priorem illo, quod erat posterius. Constat ergo ex Patribus ideo non admisisse nomen causæ in diuinis, quia sentiunt nomen causæ importare distinctionem naturæ inter causam, & causatum, & perfectionem finitam, & limitatam, rationemque creaturæ in termino à causa producto.

§. III.

Veram causæ definitionem expono.

14 **N**on est animus causam utcumque definire definitione, quæ omnibus & solis causis conueniat, sed etiam primum quidditativum conceptum causæ explicare, & constitutum essentiale causæ in definitione iuxta mentes Patrum exprimere. Definitionem adductam à Rubio quam num. 1. retuli scilicet, *id quod per se influit in effectum* ideo reieci, quia rem per conceptum æquè obscurum

Franc. de Quiedo, Philosoph. Tom. 1.

exponebat, est enim æquè ignota ratio, propter quam Filius non fit dicendus effectus, & Pater causa non fit appellandus: verumtamen conceptum quidditativum causæ attingere constat ex mente Patrum, qui ideo negabant Patrem esse causam Filij ne concederent Filium esse effectum, sentientes causam, dici essentialiter per ordinem ad effectum: Est ergo hic conceptus effectus clarius in definitione explicandus. Non ineptè definitur causa: *Principium influens in terminum non identificatum cum natura principij.* Quæ definitio non conuenit Patri respectu Filij producti, quia Filius productus identificatur cum natura producentis, & videtur omni causæ create competere, & alias attingit distinctionem creaturarum, ex defectu cuius nolunt Patres Latini primam personam dici causam respectu secundæ. Contra hanc definitionem adduci potest sententia aliquorum assertantium posse eandem entitatem, se ipsam per secundam actionem producere, quæ productio est vera causalitas, nullus enim admittit actionem creatam, quæ propriissimè non sit causalitas, ex vi cuius principium non constituitur in actu secundo. Hanc opinionem non omnes admittunt, illamque impugnabo Controuers. 9. Punct. 10. verumtamen vellem definitionem aliquam tradere, quæ iuxta omnium opinionem constans sit propter rationem, quam contra recentiores expendebam n. 8. Deinde si per impossibile hoc contingeret, ut idem homo se ipsum per veram actionem produceret, in illa productione totam rationem causalitatis contempleremur: ergo de ratione formali causalitatis non est tendere in terminum distinctum à principio, quando principium est creatum: quod si Patres intendebant de ratione effectus seu termini causati à Deo esse distinctionem terminâ naturâ Dei causantis, ideo est, quia requirebant limitationem ex parte effectus, illiusque naturam esse finitam, quod essentialiter importat distinctionem à natura producentis quod habet naturam infinitam.

Sic ergo essentialiter & quidditatiuè conceptum causæ ad sensum Patrum, & iuxta Aristotelis mentem expimo, *Principium influens per influxum ex se formaliter defectibilem.* Per particulam *principium* conuenit causa cum priuatione, & aliis, quæ non per se ad effectum conducunt, & principia dicuntur. Per illud *influens*, differt à principijs non conducentibus, & à conditionibus, quæ non influunt, sed prærequiruntur ad influxum, & adhuc conuenit cum principio generante, & cum principio spirante secundam, & tertiam personam Trinitatis, à quibus vltimò differt per illam particulam *per influxum ex se defectibilem*, quia influxus quo prima persona influit in secundam ex se est indefectibilis, generatio enim actiua identificatur cum Patre, & passiva cum Filio, ac proinde influxus, qui est idem cum generatione æquè indefectibilis est, ac Pater, & Filius, & ipsa natura diuina cum qua identificatur. Definitionem hanc competere omnibus causis respectu omnium effectuum per se notum est, nullus enim influxus procedit à Deo circa effectum ad extrâ productum, quem Deus subtrahere non possit, & qui ex se vtpote finitus, & limitatus non sit defectibilis. Eadem ratio potest deficere quilibet alius influxus dependens à causa secunda, qui etiam immediatè dependeret à Deo: quod si daretur aliqua causa secunda, quæ per se ipsam influeret in effectum adhuc illius influxus defectibilis esset, quia ipsa causa secunda posset deficere.

Statui definitionem hanc omnibus causis, & non alij entitati competere: probo modò exprimere conceptum quidditativum causæ. Rationem causæ contemplantur Patres respectu effectus, seu termini, qui in se dicat distinctionem à natura diuina: rationem hanc rectè explicat defectibilitas influxus, quæ per locum intrinsicum dicit defectibilitatem termini, qui sine illo non potest, & consequenter distinctionem à natura diuina, quæ indefectibilis est. Ad rationem causæ exposcebant Patres ex parte termini virtutem finitam, & limitatam, hæc optimè explicatur per conceptum defectibilitatis: illud enim quod defectibile est, non est infinitum per essentiam, cui repugnat per locum intrinsicum esse defectibile. Consonat etiam hæc definitio doctrinæ Aristotelis, qui 2. Physic. cap. 3. text. 29. & 1.2. de gener. c. 7. text. 55. causam efficientem definiuit, *unde primum principium est mutationis*, ac si diceret, causa efficiens non est nisi illius, quod mutatur de non esse ad esse, quibus verbis innuit Aristoteles omnem effectum ex se esse defectibilem, capacemque non essendi.

Dices

17 Dices per defectibilem influxum explicari formalitates requisitas ad rationem causæ, respectu principij, & effectus respectu termini. Non tamen requiri hanc defectibilitatem per locum intrinsecum, ut in termino productio releuat tota ratio effectus secundum omnes formalitates assignatas, & in principio producente tota ratio causæ, quod sic probare posses. Supponamus per impossibile Deum ad extra entitatem aliquam necessariam, & absque illa libertate produxisse, non sequitur ex hac suppositione per locum intrinsecum Deum non esse causam illius termini producti, & terminum productum non esse effectum, quia adhuc haberet perfectionem finitam, & limitatam distinctam à natura Dei producentis, & nihilominus effectus ille non esset defectibilis, quia cum necessario produceretur à Deo independentem à quolibet alio, eo ipso quod Deus existeret, illum produceret, & cum Deus necessario existeret terminus ille necessario produceretur à Deo. Respondeo duplicem defectibilitatem posse considerari in influxu, vnam extrinsecam, intrinsecam aliā defectibilitatem extrinsecam est, quæ provenit à causa indifferenti, vel libera ut producat: Defectibilitas intrinseca provenit ab ipsa rei entitate, quæ ex se indifferens est, ut existat, & non existat, quia ex prædicatis essentialibus quæ in se habet non illi repugnat, non existere, neque essentialiter dicit actu existere. Hæc defectibilitas intrinseca est de ratione constitutiva effectus quæ adhuc conveniret entitati, quam Deus necessario produceret, quia licet non posset deficere, hoc non illi competere ratione intrinsecæ entitatis, ex vi cuius præcise apta erat ad existendum, vel non existendum; sed ratione agentis illam necessario producentis. Influxus autem per quem Verbum producit, & Verbum productum ex suam intrinsecam entitatem deficere non possunt, & ex prædicatis intrinsecis defectibilitas illis repugnat, non præcise ex eo quod principium productivum necessario terminum producat. Idem dicito de productione Spiritus sancti.

18 Obicit in opinione aliquorum præcipue ex Thomistis: creatio identificatur cum Deo: ergo in horum sententia influxus, quo Deus influit in rem creatam, cuius est causa identificatur cum ipso Deo: ergo est æquè indefectibilis cum ipso Deo: ergo in sententia horum definitio causæ à nobis assignata subsistere non potest. Dixi rem explicandam esse à me iuxta omnium sententias, & ita etiam ad hanc sententiam, definitionem extendo. Authores, qui dicunt creationem, actionemve non distinguere à principio producente, dicunt creationem identificatam cum Deo non posse entitati, & secundum se deficere, asserunt tamen posse deficere secundum formalitatem, & exercitium actionis, ita ut existat sine termino, & quin actu formalitatem influxus exerceat, & ita actionem defectibilem constituent, etsi non materialiter, formaliter tamen, secundum rationem formalem actualis influxus, & ita influxus, etsi aliā identificatus sit cum Deo, & indefectibilis secundum entitatem, defectibilis est secundum formalitatem, & secundum rationem formalem influxus, quia Deus ab æterno illam actionem secum identificatam habuit, quin ex vi illius effectus poneretur extra causas, & ita in tempore effectus ex vi illius producit, ut potuerit non produci, quia omnis effectus ad extra liberè producit respectu Dei, quæ defectibilitas sufficiens est, ut per ordinem ad illam illius principium constituitur in ratione causæ, quæ tantum dicit ordinem ad influxum defectibilem formaliter in ratione influxus. Neque hæc defectibilitas convenit influxui, quo prima persona influit in secundam, aut prima & secunda in tertiam, quia neque materialiter, neque formaliter adhuc in ratione influxuum actualium potuerunt deficere hi fluxus, quibus personæ producantur.

19 Definitionem hanc intendit impugnare novus quidam, & in ipso epigraphi impugnationis illam novellam appellat, de quo ego parum curo, videamus, quid supra ostensionē sui animi rationis contra hanc definitionē adducit.

Obicit facillè contempturum prædictam definitionem illum, qui cum Patribus Græcis vellet defendere Patrem non solum dici principium, sed causam Filij, quia Græci in hac parte non recipiunt auctoritatem Patrum Latinorum. Vno D. Thoma sæpe extra rem adducto, frequenter istæ questionis definit ex rationibus contra suam sententiam adductis satisfecisse putat, & modo ut impugnet rationem haberi non vult de ipso S. Thoma, & de omnibus Patribus Latinis, nec fat mihi esse iudicari iuxta illorum

Fruct. Quædæ, de Philosoph. Tom. 1.

phrasim loqui, & ad locutionem Græcorum contra Latinos Patres recurrit, ut me impugnandi affectum expleat.

20 Obicit secundò Aristotelem non cognovisse productionem in divinis, & idèd frustra ex illo in definitione causæ querere particulam excludentem talem productionem. Respondeo, ad hoc, ut Aristoteles proprietatem causæ designaret, quæ competere non posset Patri producenti Filium, necesse non esse Patrem æternum cognovisse, nec productionem Filij, eo autem ipso, quod talem proprietatem designaverit, exclusit Patrem à ratione causæ, sicut dum ego definio hominem per animal rationale, quod magneti non competit, magnetem excludo à ratione hominis, etiamsi magnetem non cognoverim, nec mihi vnquam in mentem venerit.

21 Obicit, me petere principium dum suppono omnem causam, causam esse effectus creati, & limitati. Respondeo me hoc non ex meo cerebro fingere, sed ex vniuersi consensu omnium Patrum Latinorum, & totius Latinæ Ecclesiæ, cum quibus sentire, & loqui teneor, & ita hoc supposito conceptum commune causæ inquiri, & designo, mirorque hominem mei ad eum memorem, ita esse sui memorem, ut cum hoc argumentum contra me instituerit nu. 8. statim num. 10. afferat auctoritates Patrum probare causam rigorose includere distinctionem, & limitationem, idque ex doctrina Patrum expressè docere Sanctum Thomam.

22 Obicit non requiri ad rationem causæ influxum defectibilem, & quia Angeli secundum D. Dionysium vitam habent indefectibilem, & iuxta D. Thomam secundum suam naturam sunt incorruptibiles. Agnoscit iste ex Concilio Lateranensi, ex D. Augustino, & Sancto Thoma omnem creaturam posse transire de non esse ad esse, & annihilari, quo potuisset ab hac obiectione abstinere, quam non refero, quia illi satisfacere necesse sit. Sed ut ostendam, quàm frigida, & friuola sint ea, quibus in meas sententias absque defectu inuehitur.

23 Tandem arguit, quod etiamsi conceptus causæ, quem ego designo omni causæ competere, quidditatius non esset. Deberet alium conceptum designare, qui prius omni competere, ut hoc fundamento aliquo asseueret.

PUNCTUM II.

Quid sit actus primus respectu effectus, & causam esse in actu primo ad illum.

1 Non pauci confundunt actum primum causæ cum prioritate naturæ causæ respectu effectus, existimantes idem esse causam esse in actu primo ad effectum, & esse naturā priorem illo: Errant tamen, differunt enim sicut differt subiectum à concreto, lignum v.g. ab albo, ut constat ex dicendis in hoc Puncto de actu primo, & in sequenti de prioritate naturæ.

2 Causam in actu primo dicere entitatem intrinsecam virtutis productivæ nemo in questionem vertit, quia actus primus dicit totum illud quod ad actum secundum supponitur: sed entitas intrinseca causæ v.g. ignis supponitur ad productionem caloris, & ad calorem productum: ergo actus primus dicit formaliter entitatem intrinsecam causæ. Dicit similiter actus primus condiciones omnes prærequisitas ad effectum tenentes se ex parte causæ v.g. approximationem inter agens, & passum, positivā, vel negativā, eo modo, quo requiritur ad effectum producendum, dispositiones ex parte passi, sine quibus effectus produci non potest, omnipotentiam applicatam ad operandum cum causa secunda, demum omnia comprincipia, & illorum circumstantias, quæ prærequiruntur ad effectum, & quæ debent supponi ut causa simpliciter sit potens operari. Ratio est manifesta: causa in actu primo, dicit virtutem iam aptam, & proximè potentem, & iam ultimo accinctam ad operationem: sed quovisq. habeat omnia alia comprincipia parata, & omnes condiciones, & circumstantias tenentes se ex parte virtutis virtus causatiua non est simpliciter potens operari, non enim dicitur homo, etsi potentiam vi suam habeat, simpliciter potens videre obiectum cuius speciem non habet, neque ignis dicitur proximè potens calefacere subiectum abiens: ergo quovisq. virtus causatiua sit cum his omnibus comprincipiis & circumstantiis non est in actu primo ad operationem.

R. Remotio

Effecta quidem causarum, quas possunt præferunt imagines. Illud est, nullum effectum perfectiorem sua causa. quia causa nihil potest producere perfectius se ipsa, neque eminenter continet maiorem perfectionem suâ formali perfectione, ex quo principio metimur perfectionem cuiusque effectus per causæ perfectionem tanquam mensuram, quam non potest excedere, omnique causa taxat, & limitat perfectionem effectus, & quotiescumque effectus procedit à causa creata, etiam si hæc produxerit effectum, quem potest, dicimus effectum productum non excessisse tantam perfectionem, quia causa à qua procedebat, non poterat aliam maiorem attingere; si verò effectus à Deo immediatè fuit productus dicimus, Deum produxisse effectum cum tanta perfectione, quia ita illi placuit effectum producere, potenti alias perfectiorem alium producere, cuius perfectio similiter voluntate diuinâ taxaretur, quæ potuit omnipotentiam ad maiorem aliam producendam applicare. En causa omnes taxant, terminisque præscribunt perfectioni effectus, ita ut si à virtute creata procedat tantam perfectionem non excedat, quia alia maior non est obiectum virtutis, à qua procedit, etsi à Deo immediatè producatur, tantam perfectionem habeat, & non aliam maiorem, quia voluntas non applicuit omnipotentiam ad effectum cum maiori perfectione producendum, & omnes ab illa producibiles finiti sint. & limitati, quia nihil non finitum, & limitatum ad extrâ producendum est obiectum virtutis productivæ existentis in Deo. In diuinis aliter se res habent, principium produciens non taxat perfectionem termini producti, cuius perfectio nullam taxam habet, aut mensuram; quod si Filius non possit esse perfectior Patre, ideo est quia eadem est utriusque perfectio, communisque indivisibilis essentia, quæ maior alia repugnat, non præcisè ex defectu virtutis causæ illam potentis producere, sed quia secundum se repugnat maior perfectio, & quia una omnium personarum natura, atque perfectio excedit omnem perfectionem excogitabilem. Hanc summam perfectionem sine aliquo termino, aut limitatione volunt Latini Patres in personis productis defendere, & ne viderentur illam non agnoscere, si nomen *causæ* in diuinis admitterent, quod apud illos limitationem importabat, illo vi noluerunt, Neque in re à Græcis dissentiebant, qui nomen *causæ* sine hac limitatione ad diuinas personas extendebant, ideo Bessarion non recusat vii illo, explicat tamen nomen illud usurpare cum Græcis non quatenus dicit dependentiam & limitationem, quam apud Latinos importabat, in quorum acceptione nefas esset nomen causæ ad diuinam transferri.

Eadem est mens Angelici Doctoris opusc. 1. cap. 1. contra errores Græcorum, ubi his verbis probat Patrem non esse dicendum causam Filij: *Nam apud Philosophos prima causa Deus nominatur: omne autem causatum sub vniuersitate creaturarum comprehenditur apud eos, & ideo si Filius causam dicatur habere, posset intelligi quod sub vniuersitate causarum, aut creaturarum comprehenderetur.* En expressè testatur D. Thomas Patrem non esse dicendum causam Filij, ne Filius inter vniuersitatem creaturarum recenseatur, hoc est, ne creatura compelleretur. Et cap. 2. ubi negat Patrem prioritatem causæ respectu Filij hæc habet: *Neque enim prior est Pater tempore: cum Filius sit æternus: neque prior natura cum Patre & Filij sit una natura.* Ecce D. Thomas negat Patrem esse priorem naturâ Filio, quia Pater & Filius eandem habent naturam, idem enim sonabat inter Patres aliquid esse prius naturâ alio, quàm habere naturam priorem illo, quod erat posterius. Constat ergo ex Patribus ideo non admisisse nomen causæ in diuinis, quia sentiunt nomen causæ importare distinctionem naturæ inter causam, & causatum, & perfectionem finitam, & limitatam, rationemque creaturæ in termino à causa producto.

§. III.

Veram causæ definitionem expono.

Non est animus causam utcumque definire definitione, quæ omnibus & solis causis conueniat, sed etiam primum quidditativum conceptum causæ explicare, & constitutum essentiale causæ in definitione iuxta mentes Patrum exprimere. Definitionem adductam à Rubio quam num. 1. retuli scilicet, *id quod per se influit in effectum* ideo reieci, quia rem per conceptum æquè obscurum

Franc. de Quicada, Philosoph. Tom. 1.

exponebat, est enim æquè ignota ratio, propter quam Filius non fit dicendus effectus, & Pater causa non fit appellandus: verumtamen conceptum quidditativum causæ attingere constat ex mente Patrum, qui ideo negabant Patrem esse causam Filij ne concederent Filium esse effectum, sentientes causam, dici essentialiter per ordinem ad effectum: Est ergo hic conceptus effectus clarius in definitione explicandus. Non ineptè definitur causa: *Principium influens in terminum non identificatum cum natura principij.* Quæ definitio non conuenit Patri respectu Filij producti, quia Filius productus identificatur cum natura producentis, & videtur omni causæ create competere, & alias attingit distinctionem creaturarum, ex defectu cuius nolunt Patres Latini primam personam dici causam respectu secundæ. Contra hanc definitionem adduci potest sententia aliquorum assertantium posse eandem entitatem, se ipsam per secundam actionem producere, quæ productio est vera causalitas, nullus enim admittit actionem creatam, quæ propriissimè non sit causalitas, ex vi cuius principium non constituitur in actu secundo. Hanc opinionem non omnes admittunt, illamque impugnabo Controuers. 9. Punct. 10. verumtamen vellem definitionem aliquam tradere, quæ iuxta omnium opinionem constans sit propter rationem, quam contra recentiores expendebam n. 8. Deinde si per impossibile hoc contingeret, ut idem homo se ipsum per veram actionem produceret, in illa productione totam rationem causalitatis contempleremur: ergo de ratione formali causalitatis non est tendere in terminum distinctum à principio, quando principium est creatum: quod si Patres intendebant de ratione effectus seu termini causati à Deo esse distinctionem terminâ naturâ Dei causantis, ideo est, quia requirebant limitationem ex parte effectus, illiusque naturam esse finitam, quod essentialiter importat distinctionem à natura producentis quod habet naturam infinitam.

Sic ergo essentialiter & quidditatiuè conceptum causæ ad sensum Patrum, & iuxta Aristotelis mentem exprimo, *Principium influens per influxum ex se formaliter defectibilem.* Per particulam *principium* conuenit causa cum priuatione, & aliis, quæ non per se ad effectum conducunt, & principia dicuntur. Per illud *influens*, differt à principijs non conducentibus, & à conditionibus, quæ non influunt, sed prærequiruntur ad influxum, & adhuc conuenit cum principio generante, & cum principio spirante secundam, & tertiam personam Trinitatis, à quibus vltimò differt per illam particulam *per influxum ex se defectibilem*, quia influxus quo prima persona influit in secundam ex se est indefectibilis, generatio enim actiua identificatur cum Patre, & passiva cum Filio, ac proinde influxus, qui est idem cum generatione æquè indefectibilis est, ac Pater, & Filius, & ipsa natura diuina cum qua identificatur. Definitionem hanc competere omnibus causis respectu omnium effectuum per se notum est, nullus enim influxus procedit à Deo circa effectum ad extrâ productum, quem Deus subtrahere non possit, & qui ex se vtpote finitus, & limitatus non sit defectibilis. Eadem ratione potest deficere quilibet alius influxus dependens à causa secunda, qui etiam immediatè dependeret à Deo: quod si daretur aliqua causa secunda, quæ per se ipsam influeret in effectum adhuc illius influxus defectibilis esset, quia ipsa causa secunda posset deficere.

Statui definitionem hanc omnibus causis, & non alij entitati competere: probo modò exprimere conceptum quidditativum causæ. Rationem causæ contemplantur Patres respectu effectus, seu termini, qui in se dicat distinctionem à natura diuina: rationem hanc rectè explicat defectibilitas influxus, quæ per locum intrinsecum dicit defectibilitatem termini, qui sine illo non potest, & consequenter distinctionem à natura diuina, quæ indefectibilis est. Ad rationem causæ exposcebant Patres ex parte termini virtutem finitam, & limitatam, hæc optimè explicatur per conceptum defectibilitatis: illud enim quod defectibile est, non est infinitum per essentiam, cui repugnat per locum intrinsecum esse defectibile. Consonat etiam hæc definitio doctrinæ Aristotelis, qui 2. Physic. cap. 3. text. 29. & 1.2. de gener. c. 7. text. 55. causam efficientem definiuit, *unde primum principium est mutationis*, ac si diceret, causa efficiens non est nisi illius, quod mutatur de non esse ad esse, quibus verbis innuit Aristoteles omnem effectum ex se esse defectibilem, capacemque non essendi.

Dices